HYPPOCRATES CHYMICUS

SEU

SPECIMINA QUINQUE CHIMIÆ HYPPOCRATICÆ

A FRANCISCO JOSEPHO BURRHO

RECOGNITA,

Et utriusque facultatis Medicæ Professori-Maximo,

OLAO BORRICHIO

DEDICATA.

Accedit ejus Dissertatio de Circulatione sanguinis.

COLONIÆ,
Typis PETRI VANDEN DYCK.
PROSTANT BRUXELLIS,
Apud PHILIPPUM VLEUGAERT, 1690.

HYPPOCRATES CHYMICUS

TEXTUS.

Lib. 2. de Morbis pag. 45. tom. 2. artic. 13. num. 20. ex editione Lindana Amstelodamensi.

Inungat autem Caput Baccis Lauri tritis, & gallis, Myrrha, & Thure, & Argenti flore, adipeque Suillo, ac oleo Laurino, His permixtis inungatur.

HÆc planè Chymica præscribit Hyppocrates cõtra Hydrocephalagiam exulcerantem. Ar-

 genti

genti florem eliciunt Chymici ſpiritibus ſalium ſiccis, quos vocant volatiles, horum acrimonia eundem reddit maximè penetrantem; propterea miſcetur ab Hyppocrate quintuplæ portioni ſpecierum oleoſarum, ac pinguium hujus acris floris argentei pars unica, ut illarum videlicet molli unguine deliniatur iſtius ſiccitas mineralis, cùm ſalinorum ſpirituum acida vis ſubſtantiæ metallorum admixta inter unctuoſa egregiè miteſcat ſine detrimento ſuæ adſtringentis facultatis. Nec eſt probabile ab Interprete, olim

meo

meo amico, & Chymici ſtudii Cultore in expoſitione hujus loci, pluriumque aliarum præſcriptionum florem argenti pro ſpuma aſſumptum fuiſſe. Nam ſpuma argenti eſt Lythargirium congelatum circa labra argenteæ maſſæ in cineritio poſt plumbi torrefacti abſorptum fluidum recrementum ab ignitis, & bubulis cineribus, quibus ſaturatis ſupernatat fuſum inſtar ceræ, & in frigore concreſcit in lapidem ſubruſſum. Hæc argenti ſpuma non indiget correctione tam multi olei, & adipis, quia non mordet, & Chyrurgi ea ſimplici-

ter pulverisata utuntur feliciter ad quævis ulcera cutanea absque inflammatione exsiccanda, nam gignitur ex solo plumbo, quo docimastæ eluunt tanquam minerali balneo sordes adscititias argento, vel auro; Hinc ab antiquis artis Chymicæ Institutoribus non peculiariter velut flos argenteus morbosis capitis affectionibus, sed omnibus extimis cutis vitiis emendandis spuma Saturni dedicata fuit. Fortasse, quia Saturnus plumbi sator à firmamento est prima Stella, quæ cæteras inferiores complectitur eodem modo, quo car-

carnes, & viſcera noſtra à frigida epidermide ambiuntur, vel quia plumbi ablutione tàm auri, quàm argenti extimæ atomorum ſuperficies ab omni inquinamento purgantur; itaut horum metallorum perfecta ſubſtantia inde acquirat ſolidiſſimam tenacitatem, & deduci queat ſub malleo in bracteolas tenuiſſimas. Sed ob quas rationes argentum ex melioribus ſubſtantiæ lunaris effluviis conflari in terræ viſceribus, adeoque malignis Lunæ afflatibus expellendis ab humano cerebro ſingulare, & admirandum ex eo fieri poſſe me-

dicamen veteres nobis fidem fecerint, censerem ab iisdem observatum fuisse, in plenilunio fodinas argenti gravidari pretiosa vaporum nebula, ipsumque metallum redux à justo examine probi cineritii ex arietinis cornubus crematis compressi candoremLunæ in ejusdem apogeo æmulari, quin imo ab operibus argenteis candefactis, & extinctis in bullienti lixivio salis communis, tartari, & aluminis cernimus indui ipsius quasi cerebri floridam albedinem. Hæc lævia quidem, curiosa tamen exprimit argenti genesis, & extima facies.

cies. Verùm ejusdem metalli eliquatio in genuino nitri spiritu, ejusdemque per destillationem volatilis transfusio mirabilem patefaciunt argenti cum Luna consensum, nam hic liquor argenteus augetur Luna accrescente, imminuitur eadem deficiente, quamvis in vase vitreo hermeticè obsignatus extet. Præterea vividus sensus emicat modo tamen metallico in argento, nam præfatus ejus liquor confestim turbatur attactu minimæ portionis insensorum salium puta guttulæ spiritus salis, aut armoniaci, &c. Ideoque præsefert

nobis quasi convulsionem cerebri, quando in illud irruit lympha mordax malignæ salsedinis. Verùm in hoc experimento ossa candida, quæ ad fundum vasis repsit planè instar pinguis medullæ se dissolvit fusa ab exigua flammula, cùm cerebrum facili opere infartagine eliquetur priùs à superflua humiditate purgatum, & in segmenta tenuia discissum alioquin, juxta Hyppocratis sententiam, ob gluten pituitosum assari nequeat absque hac prævia præparatione. Deinde Luna imperium humiditatis exercet in omnes res siccas, Argenti

genti liquor quascumque calces aridissimas metallorum humectat, & in suam pristinam densitatem consolidat, fluctibus suis assurgit mare quasi sponsus ad circuitum Lunæ subsultat argentum vivum, quod est mare Chymicorum, & infinitis ramulis erumpit ad optatos amplexus mineralis Dianæ se in nitroso latice abluentis, nec sine propriæ dotis aucto pretio deprehenditur Mercurius à sagaci artifice in nobili illo conjugio. At exiguum facturus operæ pretium hebescit calamus in prolixa harum observationum

enu-

enumeratione, ſiquidem immixtus flos argenti unctionibus externis, ubi opus fuerit quævis capitis, aut uteri ulcera exſiccare, atque internè exhibitus in congruis liquoribus, ut revocentur ad mentis uſum Lunatici, aut quælibet pravæ capitis affectiones eradicentur á felici experientia jugiter commendatur; præſertim ſi procreetur mediante ſale volatili, vel ſpiritu acri ab humano cranio profecto, ſed operatio ſubtilem requirit Enchireſim. Plures Chymici ignorantes artem perducendi argentum ad primigenitum ſuæ virgineæ

neæ puritatis gradum decerpunt flores, & lymphas ceruleo colore infectos, qui reverà tinguntur à reliquiis cupri ab argento nondum satis emunctis, quod fuerat hisce operationibus dedicatum, quia intima argenti substantia fulget adamantina claritate in centro cujuscunque suæ minimæ particulæ. Porrò contingit, & ab argento septies replumbato aquas solventes fucari saphyrina, vel smaragdina amenitate, quam velut spuriam rejiciet à mineralium tincturarum legitimo genere diligens veritatis scrutator: utpote exor-

tam

tam à pluribus materiis ad lympham acutam obtinendam in prima destillatione adhibitis, nam silices, arenæ, boli, alumina, vitriola, ossa calcinata, sulphura urinæ exhibent liquores aquea pelluciditate fulgentes, sed quos igne fornacularum horum colorum laruat : ffucia. Cæterùm flos ab argento enatus friatur in candicantem pollinem, qui nitore, & pondere vix distingui posset à niveo pulvere arsenici cristallini, vel Mercurii sublimati, at hi duo pulveres tosti in lamina vitrea ad apicem ardentis tedæ nulla humectantur

tur fusione, sed constanter sicci in albicantem fumum attenuantur, pulvillus autem argentei floris priùs afflatus fluit, ut cera, deinde gryseæ nubeculæ sinuoso volumine circumactus evolat ab igne, nulla post se relicta macula, imposterum tamen sagax fraus mineræ plumbeæ flores æquè fusibiles, & halituosos in eorum torrefactione pro argenti floribus magno fœnore inexpertis divendit. Scelestum fraudis ingenium detegitur si in cuprea lamina flores illi comburantur, quæ ante fugam à salibus diripit volatilem argenti substantiam,

tiam, eamque coruſcantem ob oculos ponit ſecernendam ab impuro livore uſti flores ſaturnini lamellam cupream defædante. At occurrunt mihi duæ dubitationes ſubtiliori examinis trutina à Curioſis perpendendæ, quarum prior me urget ad inveſtigandum, cur nulla recenſeatur in Libris Hyppocratis ab hydragiro petita medela. An quia illius mineræ tunc temporis nullæ innotuerant experientiæ humanæ, quod tamen falſum eſt, quia legimus apud Ariſtotelem Veneris ſimulacrum ad omnes edendos motus

tus cum argenti vivi mobilitate à Dædalo inventum fuisse, vel quia satiùs duxit solùm adsciscere suæ pharmacorum cohortis argenti florem, tanquam à veteri medicina, & propria Hyppocratis praxi innoxium, & validum in omnibus operationibus compertum, quæ possent à Neothericis de hydragiro celebrari. Quod si quis Mercurius sub nomine floris argentei ab Hyppocrate præscribi censeret, sanè hæc opinio rejiceretur ab experientia, quæ nullum amplectitur hydragiri florum usum in exsiccandis ulceribus, cùm flos hy-

hydragiri ſit ille, qui dicitur ſublimatum, & in minima quantitate inſperſum, & alligatum cuicunque ſolidæ corporis parti eandem poſſit deletorio morſu dilaniare, ſed flos argenteus quàm leviſſimè tritus, vel in vino dilutus tutè per ſe infunditur etiam mucoſis, & inveteratis uteri ulceribus, quippe horum lubrica ſanie ſatis retunditur illius ſalubris mordacitas, quæ tamen, ut ab initio vidimus ad ſanandum ulcus ſanguifluum, indiget miſcibili oloſorum lenitate. Altera diſquiſitio obſervat nulla interni uſus aſſumptione ab

Hyp-

Hyppocrate florem argenteum commendari, cùm tamen flos æris, ad cujus nomen plerique ex doctis Medicis expavescunt passim ægris diversis, & pleuritide affectis ad olivæ quidem magnitudinem ab eodem propinari jubeatur. Quantitas hæc ad olivæ crassitiem circumscribi nequiret, si flos æris constaret ex illis minutissimis globulis decidentibus ab ære ignito, dum aqua extinguitur, ut falsò credit Galenus, in quibus nullus delibatur sapor incisivus. Oportet igitur florem æris Hyppocraticum fuisse in offam, vel in tabellas

compactum quem posset ad olivæ magnitudinem ægris elargiri. At hæc in peculiari capite de æris flore fusiùs patebunt, nam genuinus æris flos à lamellis cupri irroratis cum spiritu cinerum clavellatorum pululat colore, & sapore gratissimus, dum tinctura saphyrum gustu virginei mellis referat acrem dulcedinem, ideoque idoneis facultatibus suaviter detergendi insignitus jure merito expurgando pectori dedicatur, & ad plures alias tollendas internas ægritudines ab Hyppocrate inseritur suis pharmaceuticis descriptionibus

bus. Nunc agesis florem argenti resumamus, qui in sua nitrosa creatione contrahit acerbum saporem non dissimilem ab austeritate mespilli immaturi, quem ars demulcere ignorabat tempore Hyppocratis, ut palato arrideret. Propterea suspectas habuit illius faucibus asperas vires, quas posteris cicurandas reliquit in nucleo suæ immaturitatis convolutas. Hinc fixorum salium muría hujus floris asperitatem delere didicerunt artifices, imo in eum temperiem talem indit hodie quorundam solertia, quam flos fit insulsus,
nec

nec tamen vires ejus medicæ eliduntur. Ex arte abdita dissolvendi nexus mineralium Elementorum depromere possem non unam gignendi floris argentei rationem, sed omne artificium, quamvis utile negligitur, cujus difficultas mechanica perterefacit operantem, quamobrem levis laboris opus à me inventum luculenter describam. Sumitur uncia argenti moliti, quo pictores exornant imagunculas, huic in mortario vitreo misceatur drachma florum sulphuris septies sublimatorum. Nigricabunt. Trituratæ in vitrea cu-

cucurbitâ affunde phlegmatis aceti genuini per M. B. & flegmatis vitrioli Romani per arenaceum ignem acquisiti uniuscujusque heminas duas, huic cucurbitæ appone galeam rostratam, & igne leni M. B. liquoris abstrahe medietatem, aquam reaffunde suo pulveri argenteo quater, totidemque recupera per destillationem tandem residuum dimidii liquoris cautè decapulatum repone in cella, succrescent cristalla dulcia, ut saccharum, quæ ab humiditate per se in hypocausto arefacta conteruntur in pollinem albissimum, & usui re-

con-

conduntur. Nigras feces ab effuso latice divisas, licet earundem aquarum recenti quantitate diluere, atque ab eis repetita pristini operis regula cristallorum novam sobolem aliquoties desumere. Ultimò si quid indissolubile argenteæ scobis non elixatur triquetro vase, exceptum in metallicam massam confletur igne fusorio, hic flos adhuc semel sublimatus expirat totus ab igne, commendat vires ejus ipsa saporis dulcedo, quæ in vincendis ægritudinibus naturæ humanæ videtur mihi unicè idonea, quia in ea velut in suavi matrice delitescunt

cunt omnes alii sapores excernendi ab obstetrice Chymicorum dexteritate. In omnibus capitis morbis priùs ingesta singulari purgantium pharma:orum serie, ægris administratur hujus floris argentei à pondere sesquisiliquæ ad binam cum dimidia in aqua sanguinis humani, & spiritu ungulæ alcis. Correptis à morbo comitiali in aqua florum, & seminis pæoniæ, Laborantibus comate vigili, in spiritu corni cervi, vel cranii humani. Afflictis ab apoplexia in aqua bethonicæ. Ab hemicrania affl.ctis in aqua liliorum convallium. Masti-

chi-

china vertiginosis. In aqua origani paralyticis. In aqua laseris aromatizata obliviosis. In aqua castorei, & salviæ lethargicis. In aqua cerebri vitulini tabescentibus ex perenni coriza. In aqua florum myrtillorum formidolosis. In conserva de alhermes occupatis à larvis dæmoniacis. In electuario de gemmis phreneticis. In aqua pullorum hirundinis tetanica convulsione vellicatis. Ophtalmicis in spiritu chelidonii: & carnis viperinæ. In hæmorragia, cum emulsione seminis plantaginis. In alopecia cum aqua visci quercini. In hydro-

drocephalagia cum ſpiritu ſuccini, in ſplendoribus ob oculos obverſantibus cum aqua florum rhæados: in nictalopſia cum aqua hepatis vitulini. In omnibus iſtis, pluribusq; aliis morbis opportunè ægris injungitur, horum medicaminum uſus hora poſt cœnam, quia vis medicaminis cibis ſupernatans faciliùs à capite attrahitur, tum quia anima quæcumque corporis munia alacriùs obit in ſomno, teſte Hyppocrate.

HYPPOCRATES

De Decenti ornatu.

Opinio enim maximè in Medicina in crimen vertitur eam adhibentibus, quemadmodum aurum adulterinum in igne judicatum tales seipsos esse demonstrant.

De Aeribus, Aquis, & Locis.

Aut hic ubi calidæ aquæ existunt, aut ferrum nascitur, aut

aut æs, aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum. Hæc enim omnia præ violentia caloris nascuntur; non itaque ex hujusmodi terra aquæ bonæ prodeunt, sed duræ, & æstuosæ, quæ difficulter minguntur, & alui egestioni contrariæ sunt,

PRIMO.
De Dieta.

Aurum operantes tundunt, lavant, molli igne liquant, forti autem non conflatur, ubi verò elaborarunt, ad omnia utuntur; Homo frumentum tundit, lavat, emollit, & ubi igne

 coxit,

coxit, utitur, & forti quidem igne in corpore non conflatur, verùm molli, ac lento.

Er nî fallor Hyppocrates tantummodo facit in Libris suis, qui extant, de auro mentionem. Asserit enim in Libro de Aeribus, Aquis, & Locis, quòd aquæ manantes à minera æris, argenti, aut auri, aut sulphuris, ubi calidæ existunt, sint duræ, atque æstuosæ, quia hæc omnia gignuntur præ caloris violentia. Quamobrem cùm ex meo instituto sit demonstrare Hyppocrati efficientem metallorum causam innotuisse, ar-

atque intimas eorundem qualitates fuisse perspectas non mediocris ornamenti Chymiæ futurum puto, si omnia hæc subtili indagine examinata sapientibus sim revelaturus. Itaque primò occurrit investigandum, an cum veritate consentiat conclusio, quâ definitur ab Hyppocrate aurum nasci præ nimio calore. Sanè plures fluvii frigidi numerantur, in quorum littoribus operæ rusticorum arenæ subnigræ super declives asseres impetuosè projectæ, indeque delabentes post se relinquunt graviora ramenta auri

puri. At quod mirandum, ne aurum illud putemus è montium fodinis abrasum, atque ab alluvione aquarum in subjectam camporum planitiem delatum, non in toto istorum fluminum margine has subruffas, ac subnigras arenas auriferas inveniri, cùm tantùm deprehendantur in quibusdam sinubus plurium milliarium inter se dissitis maximè ubi regurgitantes undæ in turbidos vortices conglomerantur. Sunt igitur arenæ illæ nigricantes, & prassinæ veræ matrices auro procreando à naturæ destinatæ. Corruscant atro, & lateritio colore

lore delibutæ, quia ſunt ferrugineæ, atque hinc omnimodo aptæ ſunt ad concipiendum intenſiſſimè ſulphureum calorem ferientium Solis radiorum. Omnis nigredo enim repellendo à ſe lucem ejuſdem ingeminat focum, & præcipuè inter cumulos arenarum, ubi ſinus innumeri variis modis componuntur ob cujuſlibet arenulæ angulos, & figuras ab aliis diſcrepantes, & conſequenter in plures foculos congeruntur. Hinc Chymici arenaceum ignem ſtruunt in multis operationibus igne vehementi perficiendis, quia

ipſi

ipsi Fabri ferrarii arenas inspergunt in ferrum candens, ut faciliùs in igne reducatur ad scintillantem suam irradiationem, qua mollities ipsi indatur, non absimilis ab ea, quam exhibet. Percutitur sub malleo plumbum in frigido, fortasse ut rarum advenam excipiant aures sapientis Theoretici adjectivum illud sulphureum, quo superiùs Solis calorem insignivi. Sed rationibus tamdiù insistere debemus, quamdiù conveniunt cum rebus sensatis, videtur mihi, quod quidquid ardet, vel calefacit in hoc mundo suam ad sulphur referre

ferre debeat originem propriam, quia delitescit in quibuscunque mineralibus, vegetabilibus. ac animalibus, & ab omnibus istis extractum cuilibet exponere potest ob oculos sedulitas periti artificis. Nihil igitur in terrarum Orbe sulphure orbatum producitur, à genitoribus, & quia omne agens agit sibi simile, remanet, quod cùm nemo det, quod non habet, & terra sit frigida, & sicca, aqua verò frigida, & humida, solus Sol, qui est calidus, & siccus participet de sulphure, ut pater, & sulphur participet de Sole, ut filius.

filius. Id quod experientia confirmatur, nam purum sulphur sublimatur quidem, sed non comburitur à Solis radiis in foco speculi ustorii collectis, verùm si addantur minimæ portiunculæ ligni, aut papyri ab hisce incensis aduritur, quia nullum agens agit in propriam pernitiem, ruina autem sulphuris fit sola ejusdem incensio. Cæterùm sulphur, quod mercurium in cinnabarim, & reliqua metalla in vitriolum mutat, ignoscit auro, id est Soli metallico. Hinc fit, quod in mediis arenis cuprosis, ac ferreis squammulæ nitescant auri

auri mundati ab omni inquinamento, quod reperire non contingit in locis mixtorum metallorum, ad quæ non perveniunt Solis radii, quibus littorales arenæ inserviunt pro cineritio, & sulphur lucis vice plumbi, ac prunarum, ut nitidulæ illæ auri hinc inde emergant puræ, non tamen absque modicæ argenteæ portionis miscella: mater verò arenæ illius variegatæ à mea experientia est terra imbuta influxibus Stellarum Martis & Veneris, non autem sal amarus, vel mercurius indigestus, aut sulphur impurum, ut plurimorum

rum deliria statuunt, nam cuprum, & ferrum sunt metalla perfectissima in genere suo, quamvis illud ærugine, istud rubigine laboret. Hæc ritè examinata sulphur, & sulphuris sal exhibent sanè; at mercurium solerti enchirisi mea triginta septem annorum nunquam exhalarunt, additione tamen mercurii præsertim sublimati in argentum vivum colliquantur quidem, sed simplici ac longa ablutione cum sale, & aqua iterum revomuntur ab hoc in scorias sui generis. Liquefactaq; in ignis tormento omninò liberant se ab implexu inhæ-

rentis mercurii per retortam recuperandi. Non igitur satis possum demirari sæculi præteriti, ac præsentis cæcam credulitatem, qua confidenter plurimi sibi persuadent, metalla omnia gigni ex tribus principiis, nempè sulphure, sale, & mercurio, cùm experientia pateat, metalla gigni à solo sulphure per minima admixto cum purissima terra, si ferrum cum cremore marmoris, si cuprum cum beudo berillo, si stamnum cum talco nigro, si plumbum cum cristallo, si argentum cum polline gemmeo, si aurum creare sit de

intentione naturæ. Quod si imperfectorum metallorum vitriolum extractum cum aqua simplici objiciatur esse sal, facilè id à me impetrabitur, sed dicendum, talem salem per accidens oriri ex ejus ab humida sulphuris metallici resolutione, & esse ejusdem cognationis cum eo, qui degustatur in ejus oleo per campanam, vel per aliud instrumentum profecto quod suum in sulphur cremabile, ut priùs facilè reduci patiatur. Explodenda igitur est opinio hæc de triplici principio nempè sulphure, sale, & mercurio; quia sulphure

ag-

agnito, ejusque miscela modis infinitis tàm in regno vegetabili, quàm minerali, sive animali à naturæ motu procedens faciliùs, & veriùs scrutabimur rerum compositiones, & qualitates, cùm non sit elementatum sulphur, sed Elementum, atque ignis pater, & filius, ut aqua est mater, ac filia humiditatis. Quid enim quæso in hoc terrarum Orbe adnascitur sine sulphure! nonne ex quibuscunque creatis licet nobis sulphur extrahere? sal quodpiam in crucibulo fusum, fumat inflammatum, & sulphureo halitu cerebri membra-

nas titillat. Saxa simul confricata redolent sulphur. Oleosa, & pinguia denique omnia, combustione, concoctione, penetratione, originem suam à sulphure desumere nos docent. Si quis per definitionem explicare conatur naturam, & esse Elementorum oportet quod ratiocinationem suam torqueat in gyrum, quo nulla melius præsignatur Dei entitas, cùm habeat principium pro fine, & finem pro principio C. Amicatur sulphur, & dissolvitur cum omnibus spiritibus oleosis, ac pinguedinibus, quia quamvis specie ab eo dif

differant, conveniunt tamen in genere. Si quis igitur pernegat in omnibus rebus creatis sulphur adesse, oportet quòd etiam sine aqua, & terra progigni asserat. Si suo sulphure spolientur salia quævis ad nihil ultra valent, quia absunt cum illo eorum actiones, ut norunt illi, qui aquis valentibus extractis à nitro, & alumine segregant aurum ab argento: nam bina destillatione à præfatis metallis combibentibus in se atomos sulphureos, earundem hebescit vis crisulca. Hinc à repetita destillatione multarum operationum Chymica-

rum infelix eventus, & noxia diligentia. Vis quoque seminum quoruncumque latet in solo sulphure, quapropter omnia sunt unctuosa, & de se oleum fundunt copiosè, vel sub prælo, vel in destillationibus. Sanè cùm fellis succum examinarem mercurio infuso, atque in eo decocto per amalgamationem contigit mihi veras micas auri educere, & per præcipitationem genuinam potiri sulphure. Nullum animal sine felle vivit, cùm equi, & columbæ idem asservent in vesiculis tenuioribus circa extimos hepatis lobulos protuberan-

rantibus. Quamobrem patet, quod ſuccus felleus ſit liquor verè mineralis: cùm igitur profiteatur Hyppocrates aurum naſci præ caloris violentia id procul dubio adjudicavit ſulphuris ſolaris actioni, ideòque poſt aurum recenſet ſulphur. Secundo loco examinanda venit ſolertia, quæ ſuaſit Hyppocrati deſcriptionem Laconicam artificii, quo metallurgi utuntur ad aurum in puram maſſam redigendum, nam cùm dixerit, aurum naſci præ caloris violentia in libro ſupracitato, docet ſubinde in libro primo de Diæta, aurum molli igne

li-

liquari debere, quia forti non conflatur, hæc quamvis sibi ad invicem videantur opposita, nihilominùs inter se conveniunt, quia indiget aurum summo calore, ut acquirat in minera homogeneam viscidítatem, sed ut liquetur, mollem expetit ignem, aliàs inter æstus vehementes prosilit in globulos milliares dispertitum, carbones, & cineres ditaturum. Ratio est, quia substantia auri quovis mercurio tenuior in violenta fusione crucibuli carcerem indignans per medias flammas aëreo, atque à genesi sua sibi noto itineri se committere intendit,

dit, ubi ab ejus intemperie frigida occupatum depluit in grandinem pretiosam concretum. Quorum verò lignorum carbonibus ignem mollem ad aurum fundendum struere debeamus, cúm ars sit penès Hyppocratem, me ad illius indaginem inflammavit. Observavi igitur ab Europæis artificibus ex Tilia, & nuce avellana carbones ad aurea opera eorum perficienda objici ante follis anhelantis tubum difflantem. At Batavi necessitate compulsi adhibent cespites, quorum ardor æqualiter diffunditur, & absque ullo crepitu

non ſine magno emolumento, cùm nec hilum quidem auri in tali igne pereat. Reperiuntur ceſpites iſti in campis, & inter arenas, nec aliundè proveniunt, quàm à multa copia frondium terreſtrium, vel herbarum jamdiù maceratorum ab aquæ maritimæ acceſſu, & receſſu, in fundo, ubi aquæ ſtagnantes non ſolùm in Holandia, verùm in pluribus aliis Provinciis torpent. At Orientales Indi utuntur excrementis bovillis in campo à Sole arefactis, cujus ardor ita clarus, & mollis exiſtit, ut quemquam alium evincat juxtà meam

meam experientiam in auro purgando, & fundendo. Carbones verò laricei, & abjeginei lambentibus flammis aurum liquefactum perbellè demulcent, & custodiunt. At quercini, & castanei, ut & carbones fossitii aurum acri flamma impetunt, feriunt, exagitant, diripiunt, quippè quòd abundent sale Joviali, & Saturnino solari metallo apprimè infenso, nam in fusione auri, si fortuitò adhæreat minima stamni portio, vel plumbi, ad hoc quod pristinæ puritati restituatur, indiget nova, & secreta partitione, quia sub malleo resilit

in-

inſtar vitri comminutum in multa fragmina, quibus ferruminandis inepta eſt ſuper eadem projectio criſocollæ, ſublimati, tartari, aut cujuslibet ſalinæ repurgativum. Cùm tamen Philoſopho meditari qualitates contenti & continentis operum mechanicorum incumbat, nihil à propria obſervatione inexploratum dimittam ex iis, quæ ad artificii perfectionem conducere poſſunt; ut quod caſu perſæpè fit, tandem perducatur ad methodum tutam praxis ſcientificæ. Ideò aliquid dicam de terra, quæ crucibulis effingendis ad-

adhibetur omnium optima est, quæ de talci, aut rubricæ participat, materia verò pessima censenda, quæ scatet arenis, & colore suo æmulatur, postquàm incanduit livorem stamni calcinati, nam infuscat auri colorem, ejusdemque corrumpit mollitiem. Nulla verò calamitas tristiùs affigit auri fusionem infausto Solis aspectu ad Lunam, nam tunc excitatur ignis fumigans inæqualis, adeò ut aurum ipsum quodammodo videatur fieri refractorium suæque obluctetur fusioni, magisque si aërem turbidum diverberet aliquis ex

tempeſtuoſis ventis meridianis, nam qui fecit ventis pondus, ut docet Job, decrevit, quòd à ſolo Aquilone aurum veniat exaltatum ad ultimam ſuam probitatem. Subſanabunt has veras præceptiones cachinni nonnullorum pinguioris minervæ, qui verbis quidem amant, factis verò inter ſapientes adſciſci recuſant, ante quos omnipotentia Dei æquè adorabilis eſt minimis, ut in maximis. At ſe dignentur potiùs commiſeratione noſtra, quàm invidia, ignorantes, quòd etiamſi verum ſit, nihil in intellectu priùs eſſe, quàm in ſenſu,

non

non propterea nomina indita solis auro, cæterisque metallis ab aliis planetis mutuata carent sua sensata certitudine, nam patuit veteribus Philosophis giganteis corporis membris à natura procreatis veritas illa, quæ beneficio Telescopii in hoc nostro sæculo confirmatur; nempè plumbea luce Saturnum intermicare, Jovem stamnea, ferro candicanti Martem, Aurea Solem, Cuprea Venerem, Hydragirica Mercurium, Argenteo fulgore Lunam. Hæc de Hyppocratica fusione auri genuini fortasse fusiùs, quàm opus erat, ex-

plicata sint. Nunc verò nostra indago se convertet ad explorandum, quo genere ignis usus fuerit Hyppocrates, ut distingueret aurum adulterinum à naturali; sanè si auricalchum habuit ad manus superficialiter exaltatum ad tincturam duo de viginti ceratiorum potuit sola ignitione, ex qua extractum in frigido nigrescit, dignoscere fraudem divitiosam, si aurum corruptum fuit à miscela argenti, & in cimento evectum ad sophisticum eundem astum aureum Hyppocrati proculdubio innotuit, utrumque artificium capellæ, &

lym-

lymphæ acutæ, quia ignibus constanter perseverant larvæ istæ in proprio statu, quamvis concedam, quod juxtà Suidæ, & Plinii traditionem cum sale, & alumine plumoso in pixidibus cementatoriis deceptio non una consumpto argento manifestari possit. Verùm argentum sulphuri cum auro conjunctum ridet has pœnas, judiciumque Saturni sive plumbeo, sive stibiaceo calice descriptum unicè reformidat nam post illud expallescet omne fallax aurum: cujus insuper fusi cum tripla novi argenti quantitate dolosum

pretium morfibus fuis laniant aquæ acutæ ex nitro, & alumine. De hoc igitur examine, dixit Hyppocrates, quod in igne judicetur aurum adulterinum, nam Saturnus contra hæc, fulmina fua exercet mediis in ignibus. Jam verò difquifitione noftra eò intendemus, ut detegatur arcana ratio, quam fecutus eft Hyppocrates aureæ fufionis præcepta comparando regulis panem affandi in clibano priftinæ, nam de utraque maffa auri, & tritici docet, quod tundantur, laventur, & molli igne tractentur, illud, ut ad omnia in-

inserviat, hoc in corpore vivo fiat alimentum. Scio equidem triticum esse semen solare, quod etiam in regionibus frigidis vegetat, & planè maturescit afflatum à Sole sidereum Leonem exagitante. Novi, quòd nonnulli Philosophi eliciant liquorem ex eo Solis cælestis omninò consãguineum, quia quamvis sit aqueæ perspicuitatis, rubescit calefactus ab illius radiis, quinimo extinctum aurum candens in hoc liquore frumentaceo veriùs dissolvitur quàm ab ulla alia acri lympha. Consensum propterea reciprocum multis in

ac-

accidentibus, obſervetur, auri ſubſtantiam habere cum tritico, nam illius color dicitur palearis, conſiſtentia mollis, & paſtoſa, & utraque deduci patitur in tenuiſſimas phyliras, adeòut non ineptè conjectabar ariſtas tritici eſſe ramum illum aureum, quo ſibi in munus ferri Proſerpina filia Cereris, & ſponſa Regis infernalium divitiarum ſummoperè gaudet, teſte Virgilio, ſanè turpeſciſſa non ſine deprecata venia apud Deum Salem panis audet in ſuis ſcriptis promulgare. Quâ verò arte detrudatur ad Avernum ſuæ cor-

corruptionis non hujus est mei instituti revelare. Nam pluries contigit mihi videre toreumata auri finissimi candefacta in crucibulo, & extincta in cerevisia triticea, cui adjectum erat sal fossile ad meliorem saporem, & conservationem omninò põdere imminuto extracta fuisse. Propterea homines fortasse, quia tritico vescuntur intra viscera auri finissimi deglutitæ massæ pondus ad grana aliquot surripiunt, quod in valde senibus contigisse, pluries ostendit mihi statica. Qua de re accusantur injustè à pluribus Auctoribus Arabum

bum Physicorum præscriptiones, quæ auri bracteas miscent Electuario Alhermes, quia ægritudines illæ, quæ à succo mineralium imperfectorum obortæ nos torquent, fervorem conceptum remutant, dum aggrediuntur auri scriptoriam scobem, qua miniacei artifices pingendo ditant imagunculas. Hinc patet, quòd aurum, quamvis inter omnia metalla sit substantiæ planè homogeneæ; nihilominùs, ut triticum in manu pistoris, ita ipsum inter Opera Chymica suas patiatur alterationes, qua intumescit in crocum levissi

vissimum, in florem assurgit, in cremorem descendit, diffluit in varios liquores, & postremò à suis hostibus sulphureis in cineres periturum comburitur. Quamobrem si triticum à pistore molitur in farinam, cujus major pars est in pastam panis reducibilis, & minima, quæ molendino adhærescit, est fatua, hoc quoque succedit in auri tritura, sive hæc celebretur in mortariolo vitreo, aut gemmeo, sive aureo, nam pulvis ejus valdè tenuis fit fuliginosus, qui de se ex retortula vitrea dat ex igne guttas aliquot coloris subrubri, saporis

ris empireumatici, ſed tamen minimè attribuendas ſubſtantiæ ſicciſſimæ auri, cùm iſtud iterum igne fuſorio exagitatum, quamvis in pollinem redactum, regrediatur ad proprii corporis pondus. Sunt igitur illæ guttæ à concurſu prætereuntium exhalationum, & pulverum ab operantibus exeuntium, qui cùm ſint frigidi attrahuntur à motu calidiſſimo piſtilli in concavitate mortarioli præ nimio motu adeò excandeſcentis, quòd viderim colliqueſcere utrumque abſque alio igne materiali. Hinc anſa oborta fortaſſe perſimile inſtru-

ſtrumentum deſtillandi plura, quia poſſumus cum horologii machina balnea, ipſas arenas rotarum motu vehementiſſimo ita ex calefacere, ut deſtillentur plures aquæ imò, & comburantur quædam ligna, & oſſa in perfectum calcem abſque vulgaris ignis miniſterio, at ſi continens, & contentum carerent planè omni ſulphure ex quolibet motu vehementiſſimo nullus oboriretur ignis E. G. ſi mortariola, & piſtilli fierent ex glacie ſub Cælo frigidiſſimo, quià cùm eadem ratio militet pro contrariis, tunc à motu illo frigus inten-
F de-

deretur, ut patet in accelerandа refrigeratione potus æstivi per nivis circumactionem mechanicam. An verò motus consimiles fervidissimi gignantur à circumrotantium Cælorum rapidissimo cursu in sinu minerarum, nullatenus dubito, quia vidi Solis radios rupes quasdam à natura lævigatissimas ferientes repercussos ad alias oppositas rupes, & in pyrobolicum conum complicatos saxa in vitrum colliquare, itaut hæc laberentur ab alpium superciliis hinc inde diversorum metallorum guttulis variegata. Num verò iste sit ille ignis

ignis æthereus, qui cætera Elementa impellit ad rerum generationem, concludo negativè, quia materia ipsa Solarium radiorum non differt à vulgari sulphuris, & nitri simul accensi, ut superiùs effatum, & cõjuncta cum calce argenti, quæ nigrescit concipiendo in se solis sulphur exposita ejus ardori, nil propterea nobilioris formæ ostendit in sua ad pristinam massam artificiosa reductione. Quare nec itidem communicabit illam matricibus minerarum suo sub aspectu fausto Lunæ ad Saturnum transeuntis per lineam meri-

dianam fusum plumbum, inops alioquin argenti repertum in examine locupletatum argentea portiuncula, adeòut audeam differere immortalia effluvia cælestium planetarum convenire debere cùm terrestribus, ut horum propria immutetur temperies tàm in manibus artificum, quàm in alpestribus naturæ officinis, prout aureus ille fert Hermetis aphorismus, quod est superiùs, est sicut, quod est inferiùs. In guinea interiori reperitur aurum multiplicis differentiæ, & præcipuè quodam auriginè defædatum purpurea boli arme-

menæ æmula cartæ adinstar rubricæ tingens, à quo plumbi pars in capella convertitur in aurum optimum, ut suum bilances ponderosum pronunciaverunt judicium. Aurugo hæc oritur ibi à coïtu procùldubio cælestium nonnullarum configurationum cum terrestribus planetis, quia in auro moles ejus est corruptibilis, & apud me habetur tanquam accidentalis, color autem, quia est incorruptibilis, & à me dicitur substantialis, norunt mecum ii, qui aurum in verum lutum convertere queunt. A me veritatem hic promulgari

plures philosophantes objicient mihi nimis audacter, à me igni culinario ignem Solarem æquiparatum iri, sed sensus omnibus hanc veritatem detegere potest, si speculo magno ustorio opponatur in debita distantia fenestræ ardentis clibani, nam eosdem præstat effectus in fusione sulphuris absque accensione, plumbi, & in denigranda calce argenti, ac ignis Solaris. Non est igitur tanti habenda Solis actio in genesi metallorum, ut hactenùs metallurgi clamaverunt, cùm videamus etiam in locis rigidissimis, ut in

Norvegia gigni argentum in copia, & aurum optimum, quamvis in minima dosi. Aëris igitur infectiones, quas universa sydera causant à priori, mineras ditant, & depauperant metallis melioribus, hinc longeviores sunt rustici, & robustiores Civibus, quia perpetuò fruuntur aëris apricatione. Lux igitur à sulphure, & sulphur à lumine propagatur, nam resolvitur sulphur in lucem, & lux in sulphur, adeò ut ipsum oleum sulphuris acidum campanarium remigret, ad priorem consistentiam, affusum æri usto, & colliquatum in

Tigillo. Ægyptii assignarunt sulphuri figuram Obeliscorum quadrangulam, quia Solis radiis quàm simillima est, & hodie caractere non absimili sulphur apud Chymicos insignitur. Sulphure arbores pumiferæ ad miraculum, flores, & aves pulcherrimæ nascuntur, si radicibus imponatur eorum, & hisce præbeatur in cibis. Optant Agricolæ Septentrionales ad frugum maturitatem Cælorum sulphureos afflates cum tonitru. Forte fortuna fulmine pertranseunte apud phialam Soli expositam rore maiali destillato repletam, illicò

 co-

colore sanguineo liquor ille refulsit perfusus. In maximis metallorum fodinis, observantur fulgura, tonitrua, grandines, & post hæc vel ditescit vilis metalli species, vel adaugetur illius materies, vel aliquando in deteriùs ruunt meliorum metallorum indoles pretiosæ. Patiuntur igitur quoque mineralia idola nonnunquam varia fata, suos manes, atque postremos cineres per immortales sulphuris cum elemẽtis altercationes, x quibus gignuntur infinitæ res; sciãt autem omnes artifices Philosophi, in sulphure cujusvis generis istud sit de-

delitescere sēper arsenicum, nam sulphur à Sole, arsenicum à Luna producuntur: illud non sine adminiculo Martis, istud non sine interventu Saturni, quod etiam innotuit Hyppocrati, quando præscripsit sulphur vivum in Libro de Morbis mulierum, nam in sulphure vivo magis elucescit arsenici vis, quàm in depurato per eliquationem. An verò artificium metalla maturandi Hyppocrates posse derit, extant plurima in operibus ejus pro parte affirmativa manifesta documenta, & quidem præcipuè in Libro primo de Diæta, dum

dum melioris complexionis crasim assimilat artificioso temperamento, quod ars Chymica infundit æri, ut evadat optimum, idest aureum, asserit enim æs mollissimum, ac rarissimum plurimum temperamentum suscipere. & optimum evadere: novit quoque per ignem ferrum desquammare, & solidum, ac densum efficere, prout in Libro quarto de Morbis, ipsumque æris florem calcinare, ut ruber fieret in Libro de Morbis Mulierum, ibidemque omnia præcepta tradit, ut vitriolum rectè comburatur cum pro-

propriæ virtutis integritate. Cur autem de Arte metallifera tractatus aliquos nobis minimè tradiderit? crediderim, ne fieret perjurus hoc neglexisse, cùm dejurasset, artis arcana perenni silentii involucro secreta apud se permansura. Hinc etiam, nisi obiter in libro sexto popularium mentionem facit aquarum arte præparatarum, & cratevæ radici siccæ jubet acervare succos liquidiores herbarum in vasis vitreis, ubi notandum, quòd apud Latinos, & Græcos nonnunquam verbum istud involvat destillare, quia Plinius meminit li-

quo-

quorem herbarum, & quidem magis propriè, quàm non benè exprimitur veritas rei, aquam denominando liquorem policitum ab herbis, cùm potiùs dici debeat herba aliquata ab igne. Idem auctor, ubi de sulphuris oleo, agit, illud itidem nominat sulphur liquidum, &c. Meminit quoque Suetonius liquoris rosacei, quo repleverat olim unus ex Imperatoribus lacum Naumachiæ destinatum. Ad quid plura? Non sine magnis ambagibus, quæ spectabant ad destillationis secreta indicanda, propalabat Hyppocrates. Ideòque
 cùm

cùm deberet doceri artificium expurgandi mucos uteri in Libro secundo de Morbis Mulierum jubet, quod ollæ duas sextulas capienti operculum imponatur, adaptetur, ut nihil perspiret, deindè verò operculi fundum pertundatur, ut in eo fiat foramen, in foramine autem docet arundinem indere, & operculo probè adaptari, ut penitùs nihil præter spiret, cum autem hæc parata fuerint, luto obliniatur, ut vapor ascendat excitatus ab igne subjecto, quòd sanè subtilis est destillandi modus siccus, verùm hic nondum Co-

losophi. Eximium etiam extat M.B documentum in Libro 3. de Morbis, Eruũ in aqua percoquito, deinde ollam novam in majorem ollam aqua plenam ponito, & alia aqua Eruuo effusa ad medium tempus coquito, &c. Quam ob causam docet me, quòd inhæream opinioni de celanda artis Chymi æ subtilitate, quam sibi proposuerat Hyppocrates, ne sordesceret propalata in vulgus spargiricum Enchirisis, ut hodie deploratur. Cum cæteroquin quidquid habeant, quod opponant, neoterici in eorum scriptis, luculenter evincitur cognita, & intimè per-

ſpecta fuiſſe eximio ſeni arcana metalla eliquandi per aquas cauſticas, ut ſuperiùs dictum eſt, atque etiam in vapores herbas reſolvendi. Quod confirmatur ex Libro de Flatibus, ubi aſſerit eodem planè modo, quo à ferventibus aquis vapor elevatur, ſi obſtaculum habeat, puta galeam roſtratam (ad quod impingere oportet) pingueſit, & condenſatur, guttæque diſtillant ab illis corporibus, quibus vapor ille uit ipſis impactus. Nil ergò mirandum, ſi parce tantùm n uit uſum ſulphuris verumtamen occultè retentis, apud ſe præparationum re-

gulis. At hic insurgit quæstio, an sulphur exhibitum animalibus comminutum in tenuissimum pulverem subigatur ab eorum calore vivificante, experientia me docuit à Gallo gallinaceo, cui exhibueram sulphur admixtum martio pani, & ejus jusculo, ut tussienti opitularer devoratum per plures dies consumptum omninò fuisse tanto cum ejus incremento, quod mensuram aliorum excederet ad aliquot transversos digitos, plumæ autem ejus amenissimis coloribus variegatæ intermicabãt. Hoc enecato ad intestina erue-

bantur albiſſimæ venulis ſubtilibus vireſcentibus ſeriatim hinc inde refertæ pulpæ, & tota coxarum caro mirum in modum albicabat, atque incluſa lagenæ vitreæ in M B. ſapidiſſimum fundebat liquorem, qui optimè profuit ægrotanti redactus in julapium cum ſucco bellidis, & farfaræ. Pinguedo nulla obſervata fuit. Sulphure itidem cum fimo permixto flores ameniſſimos procreant radices, ſive bulbi ſaginati, pluresque arbores alioquin ſteriles fœcundatæ fuerunt, adeòut ediderint ingentem ſuaviſſimorum fructuum copiam,

piam, quasi satæ essent inter vesuvianos cineres. Metalla omnia dempto Sole, ut superiùs aperui, sulphuri unicè obediunt. & ab eo in secundam reducuntur materiam, in vitriolum, atque inde in sulphur incombustibile, à quo nullam aliam efficaciorem expectet Chymicus artifex operationem in transmutationibus ea quam ipsi præstabit sulphur vulgare, quod est verum aurum aereum, adeòut Philosophis omnia suppeditet, quæ artificijs excelsis necessaria sunt, ut operationes fiant mirabiles; E. G. si affundas rorem destil-

stillatum quantitate librarum duarum unciæ unicæ sulphuris egregiè triti, & multoties ad siccitatem usque provoces, quam vocant cohobationem, abit sulphur in materiam salinam vitriolaceam, itaut impossibile sit, illam accendere, & cogere ad ardendum, ut alioquin promptè fit, sulphure adhuc in proprio ente subsistente. Occasio sese offerret nunc multa revelandi maxima arcana latitantia in sulphure, sed sufficiunt hæc sedulis indagantibus aperuisse cum sinceritate, quod ante me, ni fallor, nemo hactenùs propalare ausus est,

De Cupri Præparatione Medico Chymica, apud Hypocratem.

INopem scientijs hanc ætatem reddit Typographica libros imprimendo libido; satagunt enim omnes Neotherici Auctores neglectis priscorum doctrinis, atque observationibus nova excogitata, & experimenta toti terrarum Orbi, quà latè patet, propalare, at dum quisque peregrinas perscrutatur operationes, & meditata, aut in præcepta, sive potiùs antiquorum placita coincidit, vel alienæ erudi-

tionis

tionis impreſſos floſculos ſurripit, ſuoquè ſub nomine fraudluenter venditat, recuditque. Unicum autem meum votum fuit unicuique ſuas laudes intactas relinquere. Quamobrem cùm longo temporis tractu ſubtili mentis indagine Hyppocratis doctrinas penſitarim, atque mirificam in ijs medendi methodum medelis mineralibus ſecundum animi votum peractam obſervarim, viri tam famigerati cëlebritati perennandæ hiſce commentariolis juſtum cenſui, ne impoſterùm inertes medentium quorundam aures perhorreſcant
ad

metallorum nomina, quæ in Medicum trahuntur usum accusantium ea nunquam è fonte pharmaceutico degustata fuisse; obmutescant quoque nonnulli Neotherici, futilemque suam garrulitatem silentio involvant, sibi de nova medicaminum mineralium inventione tantoperè aggratulantes, nam apud Hyppocratem nobilissima de æris, sive cupri extat mentio non tantùm, ut mihi videtur, artem, modumvè ex eo conflandi medelas insinuans; sed quo magis in admirationem rapior, de hujus quoque transmutatione in melius satis

tis manifestè pertractans, virisque apprimè doctis eam aperiens, asserit enim Tomo primo, pagina ducentesima prima, quòd æs sit mollissimum, ac rarisſimum, & propterea plurimum temperamentum suscipiat; optimumque evadat. Quod autem mollisſimum sit, evidenter nobis ejus sub malleo tractabilitas ob oculos ponit, adèout in tenuisſimas bracteolas deducatur, esse verò rarisſimum, nos ejus facillima per viam humidam, & siccam, per acres, atque insipidos liquores, per attritionem instituta calcinatio per-

perelleganter instruit, cùm etiam hoc solùm inter metalla sapore æruginoso degustantem afficiat palatum. Quod denique plurimum in se amplexetur temperamentum, ostenditur, quòd cætera metalla in se admittat, imò terras quasdam, lapidesque minimè excludat, ut calaminarem, ocram, cingum, dismut, sulphur, & alia similia, ob quos varios postmodum induit colores. Quòd tandem optimum evadat, à vulgo ignoratur, licet monetæ cusores clarè exhibeant, dum cum argento, & auro id commiscent, sed hoc

esset

esset potiùs adsciritius, quàm realis illius optimatus, Ideòque dicendum est tunc verè optimum evadere, quando in argentum, vel in aurum ab arte transplantatur. Hoc perspectum, satisque notum fuisse sapientissimis Achamicis Ægyptiæ Terræ, primis incolis, nos quoque certos faciunt characteres impressi in obeliscis, cùm Veneri characterem inversum, & Stibio characterem Veneris evectum attribuerint, quibus characteribus quoque nobis utrumque mundum Cælestem scilicet, & Terrestrem præsignarunt quasi

quasi quod inter hæc duo metalla, atque mineralia necessariò anima microcosmi novam à patre, parentibusq; quamvis pretiosiorem progeniem infundat, quod satis sit insinuasse meis collegis. Nunc ne crambem in tractatu de Flore argenti, ut fertur antiquam recoquere videar, quando mentionem feci de flore æris ad olivæ magnitudinem ab Hyppocrate ægrotantibus propinato, tantummodo addam, tunc ab Hyppocrate florem æris per os sumendum à flore æris solido sublimatum fuisse, qui globularis decidit in istius fusio-

 ne,

ne, & projectione in aquam, miliaris hic flos in pollinem facillimè à trituratione reducitur, & elevationem ad alembici cæci summitatem salis armoniaci duplæ portioni permixtus patitur, qui tandem per oleum tartari, & frequentem aquæ ablutionem à salis acrimonia depurari debet, nam per hæc artificia corrosiva ejus obtunditur acuties intacta nihilominùs manente vi abstersiva, & exsiccante. An verò Hyppocrates notitiam de oleo tartari habuerit, quo hæc æris sublimati fieret præcipitatio, exstant in Libris de mor-

morbis mulierum præceptiones clarissimæ, ex quibus conjicere fas est, non solum oleum tartari per deliquium, ut dicitur, à combustis fæcibus exceptum novisse, verum etiam artem quavis nostra usitata subtiliorem calluisse, nam ibidem docet, fæcem vini albi, tenuissimam videlicet fæcis partem comburere, quæ alia esse nequit, nisi tártari cremor. At quod magis artificiosum, notatuque dignum, Hyppocratem quoque tincturam vini admixta fæce tartari combusti extraxisse, & ut cunctis patet cuprum, & vitriolum, inter quæ maxi-

ma intercedit cognatio, calcinasse, modumque calcinationis satis clarè de utroque docuisse, ut corrosivum conficeretur pharmacum, præscribit enim florem æris comburi, donec rubro tingatur colore, quod nihil aliud est, quàm vitriolum in mazza igne consumi jubet, ita tamen, ne diffluat, nam dum torretur, liquescit, & in spumas abit, ubi verò probè tostum fuerit, puniceum acquirit colorem quæ sanè notitiæ viro ignaro, artisque inexperto non perspectæ fuissent, imò contra ulcera medelam quamdam putè

chy-

chymicam describit, dum alumen melium, & nitrum, ac æris florem omnia tosta, atque admixta adhibet. Hic notandum est, quòd alumen prout à natura creatum cum nitro æri applicitum, atque in crucibulo per totam carbonum ignitorum excoctum rubras istius particulas mirabiliter corrigat invertendo earundem superficiem, ideòque postea cuprum ab acrimonia salium repurgatum, elotúmque fiat ex eo dulce corrosivum ad omnes caruncculas penis absumendas, & ulcera exsiccanda. Parant etiam ex hoc cupro calcinato pseu-

pseudochymici illicitum argenti augmentum. Mirum est quòd Virgilius pro ejus curru vehendo per auram duas columbas Veneri assignaverit, & sanè crediderim, eum procùldubio artem medendi chymicam per illa animalia intellexisse, quæ maximopere nitro delectantur, duplex scilicet hujus pondus ad unã cupri partem volatizandam requiri, cum quo plerique ex Neothericis operantibus veram auri solutionem, vel quoque metallorum transmutationem moliuntur, sed incassum, quia verum cuprum volatile Philosopho-

rum

rum in ipso sulphure vulgari consistit, cujus experimentum tale est, sumantur olei sulphuris campanarij rectificati unciæ tres, limaturæ optimi chalybis, uncia semis, primò indatur chalybs retortæ vitreæ capacitatem unciarum decem habentis, postmodum affundatur oleum, & inde arenario igne ejusdem olei rectificatio, ut dicitur, urgeatur ad siccitatem usque, & hoc septies repetatur, hoc enim tempore fixabitur major olei sulphuris cum calce chalybis quantitas; quæ si per infusionem in crucibulo ad metalli nucleum reducatur,

tur, absque dubio regulus subsidebit cupreæ, & ferreæ naturæ, quod sanè superioris propositionis veritatem devincit. Quod si idem experimentum sumere nobis arrideat cum ære usto in eadem proportione superius assignata pro experimento chalybeo, mirum dictu, quòd oleum sulphuris sulphureum per campanam elicitum totum in vitriolum abeat, fixeturque, itaut nec maximis ignibus ab invicem dissolvi patiatur, & hujus particula super chalybem projecta idem mutat copiosius in cuprum. Hac data occasione

re-

referam, quod cum semel rimandis cupri qualitatibus operam navarem, massam cupream unâ cum oleo sulphuris condensatum, prius tamen in pollinem subtilissimum redactam humectavi ad quatuor digitos transversos cum aqua roris maialis destillata, ex qua mixtura odor quavis ambra, & moscho fragrantior obortus est & liquore à fæcibus depleto cum phiola oblongioris colli per aliquot menses à me detineretur inter balnei ferventis aquas duo vitriola scaturiebant ex eodem liquore, aluminosum unum & can-
di-

dissimium, æruginosum alterum & viridissimum, atque mihi videbatur, quòd inter se copulam molirentur sed cum res ulterius non procederet, ad utriusque exsiccationem, ac calcinationem deveni citra tamen rubedinem; quam induere etiam inter vehementissimos ignes respuere, remedium tamen tunc acquisivi ad qualiacunque ulcera exsiccanda, fistulas, fissurasque sanandas mihi efficacissimum, & fortasse longè superiùs combusto flore æris ab Hyppocrate varijs in locis tantoperè commendato. Sed ut penitus

cupri essentiam enervemus, ejusdem generationis causâ explanandi omnem movebo lapidem, nam si Sol Marti conjunctus radios suos in terram hanc evibrando à propriis, diversisque configurationibus per fermentationes suas influxiles putrefactam invenerit, ad cupri metallici naturam evehit, cujus rei medullam experimentali conjectura eruere studebo. habet cuprum, quod auro liquefacto immixtum maximam huic contribuat soliditatem adeòut quibuslibet operibus aptum evadat, à Marte habet cuprum, ut

cum nullo alio metallo chalybs ferruminari possit, hinc mirabilis ejus particularum compositio existit, quæ ipsi aquæ simplici amicè conjugari, & cum ea in liquorem constanter redigi possunt. fortasse maximis innixi rationibus prisci philosophantes huic metallo Veneris nomen attribuere, quia in multorū vegetabilium succis liquescit, ut cæpæ, allij, beccabungæ, cochleariæ, similiumque herbarum acredine præditarum, ne dicam arborum, verum & quævis lympha mineralis, imò & ipsum oleum eidem metallo admixtum

tum existit. Mercurium prisci Philosophi Veneris servum lenocinantem esse depredicarunt, quia dum iste Dianæ virginitati insidiatur, resolvuntur ambo nempè Venus, & Mercurius in aquam secretissimam. Circa quæ credo, quod multi ex Neothericis errent, atque erraverint, inter quos præcipuè Polemannus, & Van Helmontius, nam ex Venere nullũ tunc oriturmetallum album ab hujus calce reducendum, resultat quidẽ vitrum ruffum juxta illud, qui nescit vitrificare, nescit metalla transmutare. Cùm autem hic loci de metallorũ

mortificatione, eorumdemque vivificatione juxta rei exigentiam tractetur, pro futurum puto, si experimentis evincere satagemus, metalla spiritu vivifico esse prædita, nam juxta Aristotelem, quæ per partium appositionem fiunt, vita minimè funguntur, sed contra, quia ferrum per particularum additionem vegetat, at nihilominus motu vivifico etiam in distantia notabili à magnete rapitur, quod etiam cuprum ad se attrahendo aridissimam quamcunque stamni calcem, nec sine operantis lucro præstat. At causas explicare definam

nam, cur argentum ex aqua forti quovis modo parata attrahat, cur soliditatis nervum auro fuso indat, quando præ nimia sui eximii pretii dulcedine vim limæ, aut mallei promptissimè admittit, quia libra auri, cujus molities maxima est, ob dignitatem viginti quatuor ceratiorum firmior, magisque nervosa ab immixtis duodecim granis cupri in fusione redditur, imò nulla campanarum resonantia esset, nisi cuprum percussum tinniret ruens in amplexum atomorum stamni in percussione pistilli per aria sese resolventium, quip-

pe quòd stamnum mollius sit, quàm cuprum. De hujus mineralis lupæ pretio plura me effari hujus Hyppocratici speciminis brevitas circa res chymicas, atque temporis angustia interdicit.

DE SALIBUS.

SAles à Neothericorum schola inter res medicas nunc priùs adscitos plures insulsè affirmant, & tanquam perniciosos nimis salsè commordent, sed & horum multiplex apud Hyppocratem habetur mentio, qui nobis varia eorundem genera

hac

hac noſtra etate oblivione penitùs deleta proponit, nam nitrum rubrum, quod aſſavit, leniterque trivit, & cum alumine, atque Sale toſto ad fiſtulas exſiccandas commiſcuit, planè nos latet, nec mixtura hæc abſque præcedenti artificii chymici cognitione fieri poteſt, quia Auctor aſſare nitrum, ſalemvé torrere noverat, nam aſſatio ad officium ignis lenis planeque aeri in clibano clauſi ſpectat, torrefactio autem contingere nequit abſque ignita carbonum ardentium congerie. Et quis inter Chymicos adhuc tyro miſturam

ram hinc non eandem esse ignorabit, quæ in cunctorum metallorum dissolutionem ad validissimas, acerrimasvè aquas eliciendas adhibetur. Cur autem hoc remedium fistulas exsiccet, hisce paucis rationes adferre exordiar. Nitrum igitur, cum sit Sal calidus, & humidus quamvis è terris pinguibus eruatur, agnoscit Lunam pro Matre, Mercurium pro Patre, Sal verò, quamvis ex aquis eliciatur, Solem pro Patre, Veneremque pro Matre recipit; ideòque argentum, quod est metallum lunare, à spiritu nitri, non autem Salis

re-

resolvitur; itaut solutio per hunc maneat perspicua, cùm turbida, & lactea fieri possit, spiritus autem Salis aurum, ut metallum solare, adoritur, idemque in liquorem pellucidum transmutat, atque apud se retinet. Alumen gignitur à Saturno, quando inter saxa cum Venere copulatur, propterea saporem à saccaro Saturni haud absimilem exhibet, à nostro palato degustatum cum nonnulla acredine cuprea, aut vitriolacea conjuncta; & quia plumbum, Saturni filius, in capella omnia metalla, oleaginea pinguedine suffundendo,

do, eliquat, ut ad suæ puritatis ceratia exaltet; propterea alumẽ quoque menstruo cujuscunque metalli solutioni destinato inservit, nam parum aciditatis ex se exhibet, dum utrique sali volatilitatem absque qualitatum suarum transmutatione elargitur. Hinc plures artem metalla inter se transmutandi inquirunt, sed nunquam ad istorum metamorphosin pertingunt, priusquam salium transmutationem assequantur; inter quas præcipua erit Salis armoniaci in nitrum integra transubstantiatio, vel nitri in Salem armoniacum

to-

totalis reductio. Ignoramus ea, quæ facili negotio ab una transire deberent in aliam speciem, dum nos ambitiosa titillat præsumptio. ut metalla, quæ densioris texturæ, quàm Sales sunt, non solùm ad altius evehantur pretium, sed etiam in crocos, Mercurium in aurum tingentes degenerent. In meis Theorematibus de aere prolixè satis exagitatur quæstio de actionibus sulphuris, atque nitri, ubi fusè commoda ab hisce duobus salibus in Physicis oriunda declarantur, quæ nullibi magis in unum corpus coagulantur quàm in sul-

phure, & sanè in cunctis animalibus, præcipuè sanguine præditis, quin imo crustaceis, salia hæc abundè reperiuntur attamen in homine sulphur, integris viribus suæ substantiæ quasi altèr, & subtilis flos at arti Chimicæ ignotus exhalat, ut indumenta ex holoserico cum argento intertexta multoties observata fuerint denigrata, quinimo sacra numismata collo appensa ab hujus vapido fœtore infuscata. Sanguis, & vrina post eorum humiditates, per ignis extractionem, purum putum sulphur, una cum eorundem sale volatili ascen-

cendens, tandem exhibent. At præcipuè hoc cum sanguine & vrinis à viris calidis, siccisque haustis contingit, qui maximè hiscè salibus redundant, adeòut eveniat, quòd eorundem sudor facilè in utrumque salem concrescat, qui linguæ lambenti sese offert degustandus, hinc necessitas in medendis quibusdam complexionibus calidis, & siccis salia prohibendi, alijs verò calidis, humidisve eadem præscribendi; quamvis hæc non sint vera principia neque generationis, neque nutritionis, sed tantùm instrumenta, sine quibus natu-

ræ manus in promovenda noſtra vegetatione, pluribuſque alijs ſenſilibus, inſenſilibuſque tranſpirationibus torperent. Concludendum igitur, naturam præter Elementa, & elementata ſpiritu æthereo, quem vocat Virgilius Enteum, harmoniâ quâdam Cæleſti omnia hinc inde creata protitare ad corruptionem, & generationem novam, per ſuas ſpecies perpetuò circulantia, at hunc Archæum opificem generalem Hyppocrati notum fuiſſe teſtatur liber, quem de flatibus ſcripſit, hoc quoque affirmat prædicti Auctoris

ibidem

ibidem prolata sententia, humanam sapientiam ab aere inspirato, in quo delitescit æther, adjuvari.

QUÆSTIO

An detur circulatio Sanguinis.

CUM Sanguis moveatur sursum, & deorsū motu celeri in venis, & arteriis majoribus; lentissimo in venulis, & arteriolis, & cùm omnes venæ atque arteriæ sint tortuosæ; & ramiferæ: Hæc definitio, qua ponitur

nitur, dari circulationem sanguinis, non convenit cum essentia, qualitate, & quantitate rei; quia nullum viscus nostri corporis est rotundũ, ut verè dicamus in eo, aut per illud, vel in aliqua ejus parte fieri circuitum sanguinis. Insuper oritur hinc manifesta quæstio, & est, quod si datur circulatio celerrima sanguinis, qui nutrit nervos, membranas, atque ligamenta halitu suo spirituoso, sequitur, quòd cùm magni motus consecutivus sit minor, nervi, membranæ, & ligamenta moveantur motu circularià sanguinis circuitu

maximo, quod est manifestè falsum. At si velis nervos, & membranas moveri motu proprio, aut ex voluntatis sensitivæ impulsivæ, & impresso nutu, adhuc major insurgit difficultas; quia omnes venæ, & arteriæ inseruntur nervis, & membranis, & ipsæmet constant ex membranulis; unde sequeretur, quod moveretur contentum absque continente contra omnem rationem. Quando hoc dicitur fieri in corpore vivente, ampliùs motus non fit per accidens in animalibus sed referri debet ad proprietatem formæ existentis, quæ

quia

quia unica est in viventibus, ipse agit quidē diversimodè in eis, attamen unus est à toto, & in toto.

Instabis dicendo in diversis modis unius motus adest & iste motus orbicularis sanguinis Respondeo negativè, quia non movetur sanguis motu diverso ab illo, quo movetur totum corpus animale, cùm motus vivificus suscipiat in omnibus membris majorem, vel minorem suæ actionis intensionem, quod confirmatur ab experientia, nam perspiratio, quæ fit insensibiliter, nihilominùs multùm diffundit vaporis, ut pa-

parebit manus calidas vitro frigido applicando, in quo ſudor apparebit illicò; neque perſpiratio attribui poteſt affectibus hujus ſanguineæ circulationis, quia multa animalia exanguia gaudent ea, ut piſces, inſecta; aliàs virtus formatrix hebeſceret in illis, quod videmus eſſe falſum; quia ſibi inditam partium ſimetriam ſervant perpetuò hac mediante. Igitur dicendum, quòd calor non torqueat ſanguinem in gyrum, ut animalium vitam foveat. Quoniam ſi in hunc finem circumiret ſanguis, ſanè ij, qui corripiuntur ab impro-

proviso aliquo metu, vivere statim desinerent ob vehementissimum sanguinis refluxum ad cor suffocandum, quod fieri nunquam visum est, cum potius in gravi formidine pallor sequatur in exstimescentibus, ob spirituum vitalium repentinam concentrationem; alioquin si frigus illud extremarum partium, quod superingruit, nutrientibus fieret à priori, per commotam sanguinis materiam, impossibile esset, quod momentaneè extremæ partes frigescerent; nisi velis, quòd calor ita radicitus immixtus sit cum substantia san-

ſanguinis, ut ab hoc effluat ad cætera membra fovenda, tanquam à ſuo primo principio, quod repugnabit ſemper coram ſapientibus omnibus, qui norunt, quid ſit Ether in animalibus, cùm infinities etiam in hominibus contingat, aliquos vivere ſine ullo ſanguinis, vel leni charactere, memini in Excellentiſſimo Mareſciallo de Melleatez me obſervaſſe pulſû vividos, cùm apud me degeret Amſtelodami, ipſi tamen prædixiſſe arterias repletas quidem fuiſſe ſpiritu, exinanitas tamen ſanguine; quod obſervatum fuit in ſectione ejus ca-

cadaveris annos aliquot post reditum suum in Patriam. Iusseram tundi venam in Germania nobili Matronæ complexionis plethoricæ, cui loco sanguinis rubicundi effluxit verum lac. In strenuo Biberio, venis apertis, loco sanguinis haustus fuit succus æruginosus, hic curatus ante qnindecim annos à tussi, & adhuc inter vivos degit robustus, quamvis exanguis. In tympanitricis licor multotiẽ à venis laceris jussu Medicorum emanavit loco sãguinis. In istis sanè nulla sanguinis circulatio dabarur. Sed dices, attamen circulabantur liquores

res præfati, quia in cadaveribus dissectis reperti sunt stagnantes intra ipsius cordis ventriculos. At in victimis illis, de quibus Cicero, & Plinius asserit, repertas ex. cordes, cujus generis circuitus peragebatur, quod si velimus asserere corda exilia fuisse, & exsiccata, ut animadversum est in sectione cadaveris Serenissimi Sigismundi Francisci Archiducis Austriæ. Fuit igitur cor in tali casu circulationis hujus ineptum instrumentum, erat & vita aliunde in eo, quàm à corde ægrotante, ut alimoniam exsugeret. Motus igitur

vi-

vitalis est de proprietate animalium, ut proprium est materiæ habere formam; at materia animalium particularis, quia in se habet, quidquid inest materiæ universali, propterea movetur unà cum spiritu motore universi per rarefactionem, & condensationem suarum partium; quia caloris est rarefacere, frigoris congregare; inter quas duas actiones circumagitur totus orbis, cùm nequeant se adinvicem superare, & nihilominus ratione æqualium reactionum sibi perpetuò adversantur, nec propterea motio fit in vacuo; quia fit

per passiones descriptas superius; quia ubi totum est, non datur inanitas, cum sibi repugnent totum, & nihil; & sicut propriè de homine dicitur, quòd sit animal, & rationale, ita verò etiam dicimus, quòd omnis materia sit divisibilis, & quod est divisibile, condensabile in semetipso, & non extra se, ut volunt Epicurei. Ita tamen, quòd detur subtilissimum centrum in tota hac materia universi, quod ubique est, & complectitur ulnis suis, tanquam filios, elementa quatuor. Densitas igitur frigiditatis, & siccitatis constrin-

gendo raritatem calidi, & humidi, & proportione anatica, exadverso caliditas, & humiditas rarefaciendo frigiditatem, & siccitatem, fovent perpetuò motus in universo, qui habent locum quietis pro motione sua in ætheris materia, omnibus accidentibus experti: propterea maximus Hyppocrates definivit cordis materiam esse glutinosam, ac frigidam, & à calido calefactam, Libro de principiis, aut carnibus. Pudeat igitur Neothericos nonnullos Hyppocrati valedixisse, excussis disceptationibus de alchali, & acido, quasi

hæc ſint Rectores omnis motus, nam alchali non procedit à combuſtione activa ignis, ſed à frigido, & ſicco ſuperveniente materiâ, quæ comburitur, ut patet in lebete ferventiſſimo, cujus fundus ſubter attactus non comburit digitos ob concurſum frigiditatis, & ſiccitatis. avocatum ab igne, id quod calescit, rurſus alium frigidum ſpiritum in ſe trahit, Hyppocrates &c. Quin etiam multoties abſque noxa manum ipſam rectè in meditullio aquæ ferventis immiſi, & extraxi abſque ulla læſione, quod non contingit, ubi aqua de-

deferbuit. Acidum autem oritur ſuperadveniente calido, & humido in omnibus aciditatibus. Hinc limonia corticem calidum, medullam frigidam habent, vitriolum, nitrum, alumen, Acetum priùs exæſtuarunt per Solis, aut aeris fermentantem calorem in acervos congeſta, aut in fimo, aut in dolio, in lapillos congelanda, antequam apta fierent. Quare patet cauſa aciditatis eorundem, & quod alchali, & acidum ſint effectus, & non efficientia, ſint elementata, & non elementa; niſi velis, quod aer, aqua, & ſimplex

terra conſtet à priori ex acido, & alchali; quod reprobat ſenſus communis, & ſic origine ponat, quòd effectus præcedat ſuam cauſam, quod eſt abſonum; credunt Neothericæ ſcholæ, Hyppocrati ignota fuiſſe acidi cum alchali diſidia in animalibus; verùm juventus curioſè condemnat viros de humana ſpecie optimè meritos, antequam ipſorum perlegerit libros, nam quid clarius doceri potuit ab Hyppocrate Libro de internis affectionibus, quàm cùm dicit, & acidum, eructat, & vomit pituitam acidam, & ſi quid vomit

mit in terram effundas, radit terram velut infuso aceto. Unde patet, quòd ipsi nota fuerit efervescentia rei fixæ cum volatili: sed non propterea motum animalem definierit, oriri ab acido, & alchali, cùm optimè noverit, omnes partes corporis animalis conspirare simul, ut motus fiat; imò, quia innumeræ fermentationes fiunt, ut corpora ritè ub una forma nutriantur, nempè prima in ore cum saliva, alia in ventriculo cum salina aciditate, tertia in duodeno cum succo dulci pancreatis, & amaro bilis, quarta in tenuibus inte-

testinis cum nitrositate; quinta cum lacteis, & meseraicis venis, deinde cum adipe glandularum & omenti, cum sanguine venoso hepatis, & arterioso cordis, ultimo cum ossium medullis. Impossibile est, quòd tot, tamque diversæ fermentationes permittant sanguinis circulationem, quia omnes istæ functiones servant proprium motum juxtà sui principij, figuræ, & loci naturam, quo motu partium particulari motus universaliter sanguini attributus necessariò deletur. Dicendum igitur, quòd omnis motus proveniat à spiritu, non

non ab humoribus, quibus non inest vita, ut viget in partibus membranosis, & nerveis. Istæ autem, quando vulnerantur ab Anatomicis, omnem vitalium partium harmoniam perturbant, ita ut mechanica illa laniena minimè conveniat cum totius corporis naturalibus operationibus. In uno Magnate corruptum hepar omninò repertum fuit, lien autem optimus, qui absque dubio sanguificabat, sed crasso modo fæcali; quia proprium est jecoris chymosis, quæ fit in eo ex chylo, & ut observavi in ovibus juvenculis famescen-

centibus, non solùm ex chylo per venæ portæ ramusculos attracto, sed ex ipso indigesto herbarum adhuc recentium cibo crudo, & vix commanso hepar conficit chylum, indidemque sanguinem.

Chylus aut gignitur à vaporibus è sanguine exhalantibus sese commiscentibus cum cibis adhuc in ventriculo detentis; perficitur inde transeundo per intestinum duodenum, quia ibi inficitur à miscela bilis ab hepate stillantis, & à succo acido à pancreate emanante. Postremò per agitationem venarum

arteriarumque cor, arteriacum, & non venosum est, imo in ipsis ventriculis cordis nullus trahitur, vel emittitur sanguis, sed inhabitat sola æthеrea vitæ flammula in sinistro, & aer crudus in dextro ventriculo, qui alliciunt, & repellunt sanguinem in vitæ nostræ alimoniam, & quotiescunque sanguinis guttula attingat fibras interiores ventriculorũ cordis, perit suffocata vita nostra.

Jecur, & sanguis in Sole siccati in eundem convertuntur pulverem subnigrum, imò in medicina pulvis uterque

quæ inservit ijsdem morbis debellandis. Cava, & porta ab hepate, non à corde, cor follis spiritibus plenus, & fons arteriarum, cava ex jecoris gibbo, porta à concavitate ejusdem, cava in dextrum ventriculum cordis se insinuat per auriculam.

Ridiculum, quòd chylus conficiatur in angustia cordis, cùm tanta ejus quantitas gignatur quotidie in ventre. Reincruditio sanguinis fit, gignendo varia excrementa pituitosa, sputaminosa, spermentosa, urinosa, lympatica, sudorosa, rorida, adiposa, quia hæc omnia in se habet,

vasa lactea in venas se insinuant, quia est sanguis reincrudatus. Ideòque mechanica non conveniunt cum naturalibus proportionaliter; nam inest, ut prius dicitur vita in organis membraneis, nerveis, non in humoribus. Visus est sudor decoctus in vasis vitreis rubescere, si eorundem os obsignatū fuerit ab igne more Chymico.

Ad nihil ultra valet experimentum, quod fit per laniena in corporibus viventibus, quia ubi fit dolor ibi fit attractio. Cum Simon Pauli contra me pugnaret sustinendo, quod esset una ea-

demque via emittendi sanguinem sive in pede, sive in brachio celebraretur phlebotomia, occidit Regem Fridericum Tertium, qua peracta in cubitu, alio tempore in aliis diverse complexionis, sed simili morbo laborantibus sanavit. Sanguis enim à pedibus detractus semper repertus fuit mucosus, & ut à simili adjectivum inveniam quasi laniger; quia membranæ, & fibræ in interiori corporis parte constitutæ fæces ramentosas non per urinam, & aluum deponunt, sed per pedes, quas consumunt per quosdam sudores è calcaneis

&

& planta pedis erumpentes.

Praxagoras apud Ruffum Effesium inter vitalitios succos agnovit, dulcem, temperatum, vitreum itidem, ut gustatus indicat, acidum, salsum, amarum, nitrosum, stagnantem, quia in carnes minimè abeunt, sed in venis quiescunt absorpti.

Si daretur vera circulatio sanguinis, dextra pars non esset crassior in hominibus (prout est) sinistra. Ratio est, quia pars, super quam decumbimus, magis alitur à sanguine, cujus officium est nutrientis non transeuntis, vel circulantis. Nutritio au-

tem fit cum reciproca motione aliti, & alentis. Propterea omnibus corporis nostri partibus venis conjunctas videmus arterias, pertenuissima ofsilla, ex quibus à spiritu inspirato sanguis, juxta suæ mineræ exigentiam, impellitur ad alimoniam, in corporibus sanis. Dicitur minera illa, in qua spiritus se diffundit incorruptū calidus, & humidus, nam ut docet Hyppocrates, calor ubi, ad extremitatem humoris; humor, ubi ad extremitatem caloris pervenerint, deficit alimentum calori; propterea revertitur ad humorem; deficit

cit motus humori, propterea revertitur ad calorem particularem. Igitur utrumque superat, & superatur calor per omnia movendo, humor per omnia nutriendo, quæ quidem Doctrina superat præcepta omnia, emanata à sanguinis commentitia circulatione, & excludit omnes positiones Democriti, aliorumq; Athomistarum; quamvis Democriti fingatur discipulus Hyppocrates, nam particulæ, caloris & humoris ex hac sententia agnoscuntur, ut finitæ à numero, & loco.

In Evangelio cæcus clamavit, video homines quasi

arbores ambulantes: quare si in istis nulla pro nutritione earum datur circulatio humoris, profectò nec dabitur in nutritione animalium circulatio sanguinis, quæ pollent facultate vegetativa.

Pulsus dormientibus est valdè remissus, vigilantibus autem crebrior, & magis vivax, se exercentibus violentus inest. In famescentibus vix perspicitur, in saturatis subsultat. Propterea dicendū quod omnes partes, sanguine circulante, æqualiter in nobis fierent rubicundè crassæ, quod est falsum. Ab antiquis Philosophis homo compara-

tus fuit Universo, quod in suis motibus assimilatur cheli, quæ instructa quodam dedeterminato numero fidium, & à digitis Citharistæ percussa infinitos edit sonos, quare minimè audiendi hi sunt, qui statuunt extra mundum, & in vorticibus innumerabilibus, videlicet in nihilo ab athomis, quotidie novas creationes per harmoniam quamdam construi. Sic nec huic cruoris circulationi attribuendæ sunt à Neothericis tot & plurimæ functiones quæ describuntur. Novimus, quòd sanguini venæ, & arteriæ commisceant chylum trahendo,

hendo, retinendo, & transmutando, quæ omnes motivæ actiones destruunt hanc novam sanguinis circulationem; propterea sunt venæ triplici genere fibrarum intertextæ, & sicut ab aere superficialiter commovetur mare, sic etiam à spiritu penetratur sanguis absque eo, quòd indigeat susque deque ascendere, & descendere, ad irriganda viscera, & membra animalium. Aquæ scaturientes non omnes à mare emanant, sunt plures quæ gignuntur per magnetismum in terris salinis ab aeris attracta humiditate.

Ab hac ſanguinis commentitia circulatione deberet deleri obeſitas in omnibus animalibus ſanguineis; ſed videmus, quòd plura animalia benè paſta fiant pinguiſſima, ut ſus, capi, vituli, hædi, oportet igitur, quod aliquis ex humoribus moveatur in iſtis animalibus, vi potiori omni alia vi ſanguinis circulantis, aliàs non ita pingueſcerent, ſi ſanguinis motus rapidiſſimè circularetur. Quod ſi dicatur, pinguedinem eſſe vitium animalium excrementitium, unde fit, quòd ingraveſcente ætate aliquando animalia, quæ

o im

olim erant pinguia absque medela fiant sanguinea, & carnosa. Dicendum igitur, quòd motus aliquis spiritus animalis potissimus detur, qui superet omnes sanguini attributos motus, quia sanguis degenerat in pinguedinem, & pinguedo in sanguinem. Vidi virum monstrosæ pinguedinis, qui cibis utebatur parcissimè, & cui in potum cedebat acetum aqua perfusum; & nihilominùs egerebat septies in die excrementa aluina compacta, & copiosè mingebat. Postremò à pinguitudine suffocatus obiit post aliquot annos,

nem-

nempè ex defectu spiritus innati vivificantis. A quibus fontibus autem exudet tanta vis adipis in animalibus, non timeo asserere, hoc proficisci à cerebri resolutione, quia reperitur exigua hujus quantitas in omnibus animalibus obesis, in quibus etiam nervi valdè exiles, & flaccidi observantur non minùs, ac in plantis oleagineis, in quibus radices admodum parvæ, ut in olivis videmus; & sanè manifestum est, oleum gigni in arboribus ab aere potiùs, quàm à terra, & aqua; quia nascuntur in regionibns glaceosis, & vix radicibus pene-

tran

trant terram. Hinc fit quod cum nocturno tempore depluat pituita in stomachum, indolemque retineat unctuosam suæ originis facilè degeneret in pinguedinem partim caseosam, partimque unctuosam, & introducat socordiam in calore, obesos stimulans ad dormiendum, qui affectus non oriretur, si aliunde quàm à cerebro pituita in stomachum descenderet; & tunc quàm maxime deficit motus sanguinis, quia in quiete impellitur alimentum ad superficiem, cum sint quasi induciæ, quas natura facit, ut à venulis capillari-
bus

bus exprimat nutritionem in contiguas carnium partes; quod si fieret hæc vera sanguinis circulatio, deberent venæ, & arteriæ esse omnes unius figuræ, & capacitatis, quod nunquam demonstrabitur.

Hinc igitur concludendum, quòd si daretur circulatio sanguinis, homini esset impossibile bibere, manducare, mingere, excernere fæces, spuere, ambulare, nutriri, loqui; quia, cum omnia hæc inter se valdè differant, regi minimè possunt ab uno motu circulante; quamvis non diffitear mihi

ad amussim notum esse artificium, quo per unicam rotam varios edere possimus motus, sursum, deorsum, dextrorsum, & sinistrorsum; sed comparatio hæc mœchanica, quæ modulatur ad tempus, instar organi variatim pulsati, nihil prorsus militat ad demonstrandam circulationẽ sanguinis in corporibus viventibus, ubi operationes spirituales, & naturales instantaneè peraguntur. Quod si non fieret, vita nostra subsistere nequiret; quia putresceret ros musculorum, icot membranarum, succus carnium, deniq; ipsa pituita, qua ossa

ossa aluntur, & sic uniuscujusq; corpus distorqueretur, nec in dubita simetria conservaretur. Quamobrem irridere debemus conatus illos, quibus nonnulli ex Neothericis statuerunt, Circulationem sanguinis procedere etiam ad numericas vices præfinitas, adeò ut quidam numeraverint, nescio quot, millenas immissiones, & emissiones sanguinis per ventriculos cordis; verum absque fundamento, quia etiam in homine sano pulsus inæqualiter procedit, cùm sit frequentior post cibum, segnior jejunio stomacho, & vices

suas diversimodè exerat juxtà aeris modò frigidi, modò calidi, modò tepidi inspirationem, & ciborum qualitatem, imò & passionum agitationem, atque cogitationis ipsius hilarem, vel mœstam apprehensionem. Proptereà dicendum, spiritum, qui omnia vivificat, esse lenissimum, & per accidens obsequi violentis actionibus animalium; & sicuti in Chimicis veræ metallorum dissolutiones fiunt sine strepitu, ita quoq; vitam nostram primariò dependere à spiritu, qui regat eam absq; labore; quia præternaturalia sunt ea, quæ in procella, & turbine humorum versantur.

FINIS.